



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XXI. De incisione Nuceæ arboris & periculo Episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## De insolita Piscatura.

## CAPVT XX.

**R**æter hanc autem spiritualis lætitiæ occasionem, diuina bonitas illi ciuitati etiã de inopinato corporale commodum exhibuit. Nam immensæ molis ac magnitudinis rombonem circa portus & naues se ostentantem, piscatorum manus ad littus eiecit in mense Augusto, cum tamen in locis illis, captura talis non nisi vernali tempore occurrat; ex cuius carnibus ac pinguedine omnes ciues capiunt, & Episcopo, cuius meritis hoc munus adscribent, plus quàm absumere cum omnibus suis possent, apportant.

*Edit. Canisf. cap. 19.*

## De incisione nucæ arboris, &amp; periculo Episcopi.

## CAPVT XXI.

**V**eruntamen lætis euentibus tentatio non defuit. Nam cum delendis & extirpandis fanis idolorum & sacris diligentius insisteret Episcopus, etiam arborem Nucis mirandæ pulcritudinis idolicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui umbra eius & amœnitate sapius delectati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porrò agri possessor vehementius irasci atque indignari cœpit, aliisque modestè agentibus, hic minis & clamoribus longius assistens furorem euomuit. Itaque quasi paululum furore sopito, silenter à tergo accedit, nulloque sperante, securim bellicam vtrisque manibus leuans, caput Episcopi ferire nisus est. Sed illo presentiente, atque in partem se rapiente, bipennis, casso vulnere, in trabem pontis, iuxta quem stabant, perlata est tam fortiter, vt à feriente reduci non posset. Accurrunt omnes, comprehendunt, trahunt,

*Sesquidm.*

*Edit. Canisf. cap. 20.*

*Lara miscetur aduersis.*

*Obstat ne nux incidatur. Admodum solenne erat Erhenscis grandes frondes & in brasas arbores minimum instar colere. De quo vide Serarium lib. 3. Rer. Mogunt. Notat. 19.*



tradunt infelicem illum, & nisi per interuentum Episcopi, eâdem securi trucidassent.

*Obiectio Temo-  
ni.*

*Temo.* Hic fortè, hic aliquis grunnet maleuolus auditor. Nam & ego quoque miror, si ita est, vt asseris; qui aliàs ad martyrij palmam vltro se ingerere paratus fuit, quod hunc tam validum icum non suscepit. Qui enim toties mortem appetiit, dicet aliquis, quare nunc venientem non sustinuit?

*Responsio Se-  
fridi.*

*Sefridus.* An nescis, aliud esse ex consilio & fortitudine mentis corpus morti obiicere, digna existente aliqua necessitate; atque aliud ex infirmitate carnis eandem pertimescere? Sed hoc etiam considerare potes: quod non de agone passionis tunc temporis cogitabat, sed magis de arbore nucis, de cuius incisione cum ciuibus tractabat; & si altius rem contemplari volueris; animalis spiritus naturaliter exterioris substantiæ salutem, quantum in ipso est, tueri solet, appetit conducibilia, fugit contraria; quem tamen interea mentis ratio saniori consilio à conducibilibus interdum abstrahit, & contrariis passionibus affligit. Nihil ergò mirum, si rationale intentus, teneritudine oculorum faciente, venientem icum expauit. Denique diuino etiam nutu hoc factum esse arbitror, scilicet ne multis aliis adhuc profuturus ibi occumberet, neue à Christianis, qui nuper fidem susceperant, vel etiam amissam receperant, & in nouitate reconciliationis & gratiæ diuinæ, doctor ipse interfectus prædicaretur.

*Cur S. Otho-  
rum lethalem  
decisauerit.*

*De profunda inclinatione Adalberti presbyteri post euasione periculi.*

CAPVT XXII.

*Sefridus.*

*Edit. Canis.  
cap. 21.*



Done sic à periculo liberato, & percussore suo de manibus percutientium saluato, inter adstantes Adalbertus presbyter ad Teutonicas partes se vertens, profundus inclinatur Deo, & S. Michaëli in Babenberg, & fratrum orationibus gratias agit pro salute. Et